



C. qu.
267





C. Herb. Litt
4° 267


CODICIS DAVENTRIENSIS VETUSTISSIMI
SERVII COMMENTARIOS CONTINENTIS
BREVIS DESCRIPTIO;

ACCEDUNT:

AD CICERONEM, APULEIUM, MINUTIUM
ANNOTATIUNCULAE CRITICAE, QUAS

EDIDIT

J. J. CORNELISSEN.



COPIA DAVINICENSIS VERTICILLI
SARVA COMMENTARIBUS CONTINENTIS
PUBERIS DEBILITATI

AD

AD CIGERONEM AULICUM MINUTUM
ANNOTATIONIBUS CRITICIS QUAS

AD

J. J. CORNELIUSSEN

CODICIS DESCRIPTIO.

COPIES DESCRIBED

In Bibliotheca Daventriensi publica asservatur Servii Codex membranaceus forma maxima, quem quum iam saepius antea veloci oculo inspexissem, accuratius cognoscere nuperrime in animum induxi. Ita postquam satis magnam partem legendo percurri, summae fidei librum et reverendae vetustatis me in manibus habere facile mihi persuasi. Quum vero ut Codicem Latine scriptum ante oculos haberem numquam antea contigisset, libri praeterea, qui veteris scripturae accuratiorem notitiam suppeditent, neque in hac urbe adessent, neque sine magno negotio possent comparari, de libri aetate quidquam statuere dubitavi. Itaque quo tempore scriptus videretur libro misso sciscitatus sum a viro doctissimo DU RIEU, Bibliothecae Leidensis amanuensi huiusque rei iudice omnium locupletissimo. Is autem qua solet humanitate et benevolentia de Codicis scriptura haec ad me scripsit: „Scriptura est diligens et accurata non sine siglis, minusculis, litteris, quales scribi solebant saeculo XI, quarum vide exempla simillima apud Pertzium, Monument. German. Legum Vol. I, tab. I ad pag. 18, nec non Scriptorum Vol. VIII, tab. III ad pag. 284 Hugonis Chron. — Descriptus est ex Codice, in quo verba uno tenore scripta erant, cuius rei vide multa exempla in hoc quoque libro; forte Archetypus erat litteris Anglo-Saxonicis. Vocabula Graeca litteris semiuncialibus descripta sunt. Titulus Codicis interiit; admodum simplex est scriptura tituli librorum; initiales absque ullo ornamento, si librorum initiales exceperis, paululum ornatas. Apparet correctoris manus, veram lectionem restituentis, per totum fere Codicem, satis antiqua. In margine paucae quaedam voces notandae rescriptae sunt, sed a manu antiqua, alia a manu recentiore, saeculi XIV. Glossae uno tenore descriptae sunt, hoc signo § tantum distinctae; poetae verba lineola subscripta sunt a manu secunda.”

Ceterum sciendum est, Codicis partem priorem ab uno eodemque librario scriptam videri. Inde a quaternionis XVI folio primo incipit alius librarii scriptura minus compendiosa, qui fere alternis cum illo priore vicibus opus perfecisse videtur. Interdum alterum in extremo eius libri particulae, quam complere sibi sumpsisset, folio aut latius paulo et diffusius, aut pressius et contractius scripsisse vides, ut, quae in fine suae paginae legerentur recte iis continuarentur, quae ab altero iam in sequenti conscripta essent; qua de re cf. Wattenbach: „das Schriftwesen im Mittelalter” p. 253.

Constabat olim Codex XXVIII quaternionibus, ut ex numeris in cuiusque quaternionis folii extremi calce inscriptis apparet, quibus subsequeretur ternio una. Interierunt autem primum quaterniones quatuor priores i. e. folia XXXII, ita ut prima libri verba haec sint: *Nona fugae melior* (Geo. I, 286); deinde una ternio i. e. folium 106 et quinque sequentia, quaternionem imo quinternum XVII praecedentia, ita ut desiderentur ea, quae leguntur inter: *rogi scilicet pro qualitate*

(Aen. IV, 685) et *superaret omnes* (Aen. V, 370); tum vero duo folia extremae ternionis (fol. 213 et 214), quibus continebantur ea legebantur inde ab *ea enim nomina* (Aen. XII, 519) usque ad *nec sequi poterat* (Aen. XII, 747). Quaterniones tres priores, quas Commentarios ad Eclogas continuisse credibile est, iam ante annum 1449 interierunt. Hoc ipso anno tam quaternionem quartam adhuc superstitem fuisse, quam reliqua, quae nunc desiderantur, folia inde apparet, quod in primo folio numerus 9 inscriptus est eadem manu, quae reliqua deinceps folia numeris ornavit quaeque etiam in folio (216) ultimo verso hoc adscripsit:

Servius meus (?)
ducentas et sesdecim per atramentum (?) signatas
manu mea die iovis 21 Augusti 1449 et ante. (?)
padue hora XXa.

Ex hac subscriptione patet, opinor, Codicem olim in Italia fuisse. Ibidem eum scriptum esse ex membrana conicias, satis pingui et haud ita nitida, cuiusque alterum latus altero aliquanto magis levigatum sit; qua de re cf. Wattenbach p. 80.

Si universum librum spectas, bene servatus dicendus est, exceptis tribus foliis, quorum margines exteriores perierunt et folio 137, in quo recto atramentum paululum offuscatum est. Hic illic notae marginales diligenter erasae sunt.

Liber iam eo, quo dixi, modo mutilatus, anno 1565 ab ARNOLDO BIRCKMANNO, viro magni tam in medicina, quam in litteris nominis, THEODORO PULMANNO dono datus est, philologo illi et theologo illustri laude celebrato. In folio enim (olim octavo) nunc primo legitur:

Arnoldus Birckmannus Theod. Pulmanno dono dabit anno CIOCLXV

In summo folio verso legitur:

Sum Theod. Pulmanni Craneburgii.

Quo autem tempore et quo modo in Bibliothecae Daventriensis scrinia delatus sit reperire non potui. Codicis nostri collationem, a PETRO BONDAMIO quondam factam, in Bibliotheca Leidensi asservari ex litteris cognovi a vir. doct. DU RIEU amice et benevole ad me datis. Ante BONDAMIUM nemo unquam cum impressis libris eum contulisse videtur praeter RYCKIUM, Professorem olim Leidensem, virum doctrina nobilem et clarum. Is seculo XVII exeunte, quum Servium ad fidem membranarum veterum castigatum edere in animo haberet, et alium Codicem et Daventriensem perlustravit atque in margine librorum, quos habuit, impressorum varias sedulo annotavit lectiones. At viri doctissimi mors susceptum consilium pervertit. In auctione suppellectilis litterariae RYCKII omnem deinde eius apparatus sibi vindicavit MAASVICIUS quidam, qui his spoliis instructus novam Vergilii et Servii editionem anno 1697 publicae exposuit luci, quam provinciam a viro illo egregio, praeceptore quondam suo, mandatam sibi jactabat (1). MAASVICIUS autem, si BURMANNO fides habenda est, homo insulsus stolidusque et fraudulentus nihil aliud egit, nisi ut

(1) Cf. P. Burmanni de editione Virgilii Maasviciana admonitio, Virgilii editioni praefixa pp. 44 et 45.

RYCKII exemplar, cum annotationibus ab eodem margini adscriptis, prelae mandaret, dum Codicem Daventriensem se ipsum consuluisse ostentationis causa putide mentiretur. Ne una quidem notula ullius lectionum varietatis mentionem fecit, ita ut de discrepantiis, in eius editione passim occurrentibus, essentne ex RYCKII collatione, an ex suo ingenio petitae minime liqueret.

Haud sane mirandum est meam me investigationem docuisse, nonnullas varietates, quae MAASVICII commenta adhuc putabantur, re vera nostro libro deberi. Iam vero RYCKIUM in proposito suo peragendo satis negligenter versatum esse inde conicere licet, quod etiamsi Daventriensis lectionem interdum vulgatae praetulisse videtur, tamen huius longe pulcherrimas maximam partem neglexit. At multo magis BURMANNI incuria admiranda est, qui MAASVICII socordiae haud ignarus, librum, quem in hac urbe asservari sciret et ad quem certe non difficilius, quam olim RYCKIO, ipsi aditus pateret, ne uno quidem aspectu dignaverit, quum ipse, juxta Vergilium, Servium quoque edendi consilium suscepisset. Multis ceteroquin laudibus digna est Burmanniana illa Editio, in qua aliorum librorum varias lectiones in infimis paginis satis diligenter commemoratas invenias. Hoc vero magnopere dolendum puto, quod tanta licentia atque socordia in Servio edendo versatus est, ut saepenumero vel verba, correctione minime indigentia, suo arbitratu mutaverit, vel ea quae typographorum neglegentia depravata essent intercidissentque, restituere omiserit. Haec BURMANNI incuria me paene delusit. Nam quam ea annotare instituissem, quae in Daventriensi alio modo atque in illius editione legerentur, primo satis magnam varietatum copiam collecturus esse mihi videbar, donec Servii Editio in manus venit, quam anno 1826 Gottingae edidit H. ALBERTUS LION, qui et codices duo contulit Guelferbytanos et menda pravae BURMANNI socordiae debita, diligenter sustulit. At vel sic huius editio pauca habet, quibus se commendat, quoniam criticum apparatus paucis locis tantum, idque confuse plerumque et perturbate, exhibet.

Quae quum ita sint, sperandum est, fore ut mox nova Servii Editio eaque emendatior in lucem edatur. Si quis forte est inter viros doctos, qui huic operi se accinxerit, is Daventriensis libri rationem habeat credo necesse erit. Ut autem et futuro editori et omnibus, quibus studia nostra cordi sunt, quales ex eius collatione fructus redundare possent breviter demonstrarem, paulo accuratius totum perlegi. Quo facto eius lectiones generatim quidem atque universe congruere cognovi cum iis, quae a BURMANNO prolatae sunt ex Leidensi, ab HEINSIO collato (L), ex Regio sive Parisiensi Vergilii Codice (R) et ex Vossiano (*Voss.*), ita tamen ut permultis locis praeter ceteris cum eo concordent et ea, quae ex editione Basileensi a. 1613 (*Bas.*) et quae ex Cod. Bibl. Senat. Lipsiensis petita (*Lips.*) apud eundem BURMANNUM inveniuntur. Quum integram collationem edendi et animus mihi deesset et voluntas, satius visum est exempli causa eorum nonnulla evulgare, quae neque a BURMANNO, neque a LION edita, in Daventriensi leguntur.

Praemittam exempla quaedam, quibus tam scribendi rationem, quam librarii secuti sunt, quam errores quos commiserunt, quodammodo aestimari poterunt.

Ae et e promiscue inveniuntur: *haector*, *haesperia*, *aelementa*, *aequus* — *tedium*, *sevus*, *letus*, *eneas*; pro *oe* saepius *e* legitur: *cepi*, *menia*, *pena*; *felix*, *fetus*, *fecundus* nusquam *oe* habent;

intelligere et neglegere fere semper e habent, sed per i scripta sunt: benivolentia, calciamenta, sinizisis;

pro *y* saepissime *i* legitur: *nimfa, cirene, misia, driades, pitagoras, iginus* (Hyginus), *cignus, friges; silva, stilus, sidera, lacrima* cett. nusquam locorum *y* habent;

pro *ao* interdum *au* invenitur: *laudamia, laucoon;*

aspiratio aut negligitur, aut perperam scribitur: *oratius, ebrus, arpyae, ostilius, asta, ortensius, detraimus, exalare* — *harena, holim, habundanter, hortus* (ortus), *hostia* (ostia);

confunduntur *ch* et *c*: *machareus, chatillus* — *arcaismos, aescilus* (Aeschylus), *scolasticos, calcis, scena; caritas, lacrima* nusquam *ch* habent;

th et *t*: *themesis* (tmesis), *ethimologia, protheus, aristheus, athlas, ethna* — *pitagoras, tus, diptongon;*

ph et *p*: *Phasiphe* (Pasiphae) — *diptongon;*

saepissime pro *ph f* legitur: *nimfa, orfeus, aferesis, eufonia, friges* (Phryges);

duae vocales consonanti separatae interdum inter se assimilantur: *eloquotio, voloces, menalaus, sinizisis;*

b et *v* fere numquam confunduntur; *inveni vasis* pro *basis*;

interdum *t* pro *d* scriptum est: *aput, aut* (haud); at fere semper legitur *inquit* pro *inquit*;

rarissime confunduntur *c* et *qu*: *eloquotio* — *grandilocus;*

pro simplici *i* interdum scriptum est *gi*: *agil* (ait), *trogia, ategius* (Atteius);

ci et *ti* ante vocalem promiscue leguntur: *iusticia, dicio, Tacius, amicicia, quaescio* — *provincia* (semper), *thratia, aties, suspitio, fiducia;*

mp fere ubique pro simplici *m*, *p* aut *n* habet: *hiemps, contempnere, dampnare, dampnum, silempsis, prolempsis, temptare;*

cx hic illic scriptum est pro simplici *x*: *finxit, strinxit, coniuncx;*

omissum semper est *g* in *zeuma*; *sinilla* legitur pro *scintilla*; *extare* pro *exstare*, *conicere* et *reicere* pro *coniicere, reuicere;*

consonans inter duas vocales saepissime simplex scripta est: *salustius, pelex, mile, elespontus, palene* — *pupis, apia via, oportune, flama, clasis, litus*; sed etiam leguntur: *illium, pallamedes, quattuor;*

Graeca nomina in nom. sing. saepe habent *-os*: *arcaismos, isosyllabos, scolasticos*; acc. sing. fere semper exit in *n*: *aenean, antenoren, achaten.*

Scripturae menda maxime conspicua haec sunt: Geo. 3, 219: *summovet aburno* pro *sub monte Taburno*; Aen. 1, 568: *niceas* pro *Mycenas*; 2, 452: *vetus Abbas* pro *vectus Abas*, 643: *sedem fati cor* pro *sed emphaticos*; 3, 138: *sicit aram* pro *si citharam*, 379: *sedea fabrica* pro *se de Africa*, 399: *tunc nec iam* pro *Tinneam*; 4, 146: *ursorumque* pro *Dryopumque*, 242: *sumebantur* pro *indicebantur*; 6, 70: *tempore sybillano* pro *tempore Syllano*, 819: *personam* pro *Porsennam*; 7, 1: *alia dis* pro *Iliadis*; 8, 155: *per hanc his eneum* pro *per Anchisen eum*; 9, 707: *quam his aureis* pro *squamis aureis*; 10, 302: *epularumque* pro *plerumque*; 11, 509: *per parentes indictum* pro *per parenthesin dictum*, 743: *iulius sacer* pro *Julius Caesar*.

GEORGICON.

LIB. I.

BURMANNUS.

335. utrum in septentrionalem, an in australem partem
 336. unde etiam senex fingitur
 discedat recurrat
 403. agnovit facinus esse, in silvis se abdidit
 410. absconderint

DAVENTRIENSIS.

- utrum in australem aut in VII trionalem plagam
 unde etiam pinnis senex fingitur
 recedit recurrit
 agnovit facinus sese in silvis abdidit
 absconderunt

LIB. II.

64. libri, haec arbor apta est
 121. vermes, et bombyces
 152. *unguibus*
 spumis
 252. Id est, ne herbae
 256. fiat synaloephae
 277. et ordines effice
 389. vel personas
 Prudentioribus tamen
 405. quasi in tempore
 454. id est, attulerunt
 458. Quantum in re est
 519. molis mobilibus olivaribus

- libri apta est
 vermes qui bombices
 unguis
 spuma
 scilicet herbae
 sit synalipha
 et eos effice
Desunt.
 prudentioribus autem
 quasi tempore
Desunt
 quantum in se est
 molis olivaribus

LIB. III.

19. certatura Graecorum multitudo
 24. interior
 29. locatae
 100. magnanimitatem
 257. Et a pedum motu, et ab attritione costarum.
 283. armant
 307. migravit
 355. utriusque manus extensio est
 386. Quod autem colorem
 522. defaecatius

- certaturorum multitudo
Deest.
 collocatae
 bonanimitatem
 Unde et ad pedum motum referunt et ad tritionem
 costarum.
 augmentant
 mutatum
 est spatium in quantum utraque tenditur manus
 quod autem decolorem
 delicatius

LIB. IV.

125. ipsa est Laconia
 335. Vitrea, viridi
 346. indice

- civitas est laconica
 hyalino vitreo viridi
 indicante

AENEIDOS.

LIB. I.

BURMANNUS.

- Numerus librorum: Ordo librorum: Explanatio.
 Ortus fuit Patre Virgilio, matre Maja.
 Fuit civis Mantuanus
1. dicat, cum paulo post dixerit
 3. miliaribus
 5. naturaliter
mota sunt bella
 15. utitur
 16. creberrima
 18. metri causa positum, ut *ubique*
 20. divinandi facultatem
 23. gravius
 44. Et hoc interest inter *noxam* et *noxiam*, quod *noxia* culpa est, *noxam* autem poena.
 67. Vel certe a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare praecipitaverunt. Namque hoc habet fabula: Dormientem in litore Liberum Patrem puerum nautas abstulisse Tyrrhenos: qui, quum evigilasset in navi, quo *duceretur* interrogavit: respondunt illi: *quo volueris*. Liber ait: *ad Naxum insulam tendite*, sibi sacratam. At illi coeperunt alio vela deflectere: quamobrem iratum numen Tigres sibi sacratas iussit videri, quo terrore illi se in fluctus dantes praecipites, mari nomen dederunt.
 174. quia in lapidibus certis invenitur ignis feriendo efficit
cudamus, id est, feriamus.
 181. nam de uno loquebatur
 203. *o Clodi*
 207. remanet adverbium
egomet, nosmet
 223. cum ea permixtus est
 224. id est, transeatur,
 273. nec incongrue fictum est; nam
 299. multo magis vitaret
 306. Plinius sentit
 344. quasi stupuit
 359. novit

DAVENTRIENSIS.

- numerus librorum. ordo. explanatio.
 Patre vergilio. matre maia fuit.
 civis mantuanus
 dixerit cum paulo post dicat
 milibus
Deest.
 commota sunt bella
Deest.
 celeberrima
 ornatus causa. utque tandem
 divinandi potestatem
Deest
 noxia enim est culpa id est peccatum. noxa vero pena. (1)
- vel a tyrrheniis nautis. qui se in hoc mare deiecerunt. qui liberum patrem dormientem de litore sustulerunt. qui cum evigilasset in navi. quo duceretur rogavit. illi dixerunt quo vellet. liber ait ad naxum insulam sibi sacratam sed cum alio vela deflecterent iratum numen tygrides sibi sacratas visibus eorum obiecit. que terrore se illi in fluctibus dedere praecipites.
- in certis enim lapidibus ignis est feriendo elicit
 cudamus. id est feriendo producamus.
 nam unus erat
 pro clodia
 permanet adverbium
 egomet, memet, vosmet
 cum ea mixtus est
Desunt.
 nec incongrue. nam
 multo magis vetaret
 plinius dicit
 quasi instupuit
 nosse potuit

(1) vero *edidit Masvic.*

BURMANNUS.

380. Dardanus autem
venisset
385. querelas
424. extollere
505. *ex auro solidoque elephanto*
tectum templi
527. Nunc tamen
535. concederent liberos
576. *Ego quidem caeteras tempestates*
590. natalibus derogat
597. habemus in tertio
647. loci difficultate
651. Sed hoc habet veritas
697. *Campanis excitat agris*
701. *Mantilia* vero a manibus dicta
723. *inclusaque mullo Auro*

DAVENTRIENSIS.

- qui dardanus
veniret
loquelas
ostendere (1)
en auro sectoque elephanto (2)
tectum templi et pronai
nos tamen
concederent filios
equidem ego ceteras tempestates
naturalibus derogat
ostendit in tertio
loci necessitate
sed hoc magis veritas habet
campanis excitat oris
mantelia uero a manibus et telo
inclusaque pingui auro (3)

LIB. II.

- | | |
|--|--|
| 114. scitaturum | sciscitaturum |
| 115. Renunciat | <i>Deest.</i> |
| 116. Sacerdosque facta Dictynnae Dianae, [vel ut quidam volunt, Orthiae Dianae: quae] cum secundum | sacerdosque facta dictimnae diana. ad distinctionem quae colitur in effeso. quae etiam dicitur dictinna a dicteo monte. cum secundum |
| propter quod et Lucifera dicitur: et Aritiam detulit. | propter quod et lucifera dicitur. sed a fasce lignorum et civitatem italiae aritiam detulit |
| 134. occurrit | videtur occurrere |
| 166. naufragio esse perituros | naufragium esse passuros |
| 203. <i>Gemini . . . nati.</i> | <i>Desunt.</i> |
| 209. <i>Spumas salis aere ruebant</i> | spumas salis aere secabant (4) |
| 225. complectitur | amplectitur |
| 312. Pontici oris | pontici litoris |
| 313. sciendum. | intellegendum |
| 407. quasi puerum | quia puerum |
| 541. tentoria | tentorium |
| 604. unde nunc merito post Veneris abscessum numina vidisse dicitur Aeneas | unde habeunte uenere. numina uidit aeneas |
| 683. pileo virga lanata, hoc est in cuius extremitate | pillea. virga in cuius extremitate |
| 707. <i>frangere cervices</i> | frange cervices |
| 746. CINGOR FULGENTIBUS ARMIS | angor fulgentibus armis |
| 752. posticum <i>limina</i> significat | posticum dicit |

(1) *Corrigendum videtur suspendere.* (2) Cf. Aen. III, 464. (3) *Incusaque pingui in Persio (2,52) legitur.*
(4) Cf. Aen. 10, 214.

BURMANNUS.

761. quippe
quos insequabantur ii, qui erant a patre ipsorum
oppressi
778. erit Latinus accentus
779. manifesta est ratio

DAVENTRIENSIS.

- nam
quos insequabantur a patre oppressi
- et latinus accentus est
- manifestum est

LIB. III.

12. patris non fit mentio
14. sibi crura succidit
15. inter ipsos
21. putetur
28. ut hoc loco
34. intelligimus
52. minime
57. ex infoelicitatis similitudine
63. Nam manibus plena
68. quam Stoici terris condi, id est, medium secuti,
tam diu durare
periti sapientia
in generalitatem, id est
rediret.
redire, sed post tempus
81. vero etiam
90. magica ars [a. Romanis] omnis exclusa est
92. cor illic vatis tenetur.
94. originem
et specus
98. propter illud
113. convertit et
120. adversis sequentibus
130. Et contra
156. ac si diceret
168. respondit
170. magnitudine procreetur
180. ut in sequentibus probat.
209. ad pellendas Harpyias miserunt
211. In magno mari Ionio
vel a civitatibus
275. asperitatem locorum, quia saxosa sunt, aut ut
quidam
- de patre non fit mentio
crura sua incidit
inter illos
putent
hoc loco
intellegitur
nequaquam
simili infelicitate
nam animabus plena
quam stoici medium sequentes tam diu durare (1)
- Desunt.*
Desunt.
recurreret
redire post tempus.
Desunt.
magica ars a romanis exclusa est
cor illic vatis tenditur
genus
et pecus
ad illud (2)
conversos
sequentibus malis
unde
Desunt.
respondet
altitudine procreetur (3)
ut sequens mare eius versus ostendit
arphyas pellere compulerunt
mari ionio.
Desunt.
asperitatem saxorum. aut ut nonnulli

(1) Hoc ipsum Ryckius Burmanno teste in margine annotaverat. (2) i. e. respicit; cf. 97. (3) Corrigendum videtur *latitudine*.

BURMANNUS.

284. et a Ptolemaeo
dixit magnum annum tenere
312. umbrae videntur in sacris
315. si tamen vita est
321. ut ostendat se invitam Pyrrhi pertulisse connubium, et esse superstitem suis miseriis
390. corripatur
in Campaniam fugisse
402. ubi esset Hercules
et primo negaret
Hic postea horrore sui vulneris, ad patriam redire neglexit; sed sibi
407. affligeretur
sacrificii ordinem non rupit et
411. veniens de Petilia
420. fulminata a Iove est et in maria praecipitata.
438. *Junoni cane vota libens*
442. Augustus Caesar
dejectis silvis
444. palmarum
464. Graece dixit
476. Trojanos
479. Laurolavinii autem agrum *R. Steph.* Laurolavini autem *Voss.* Laurolavinium agrum *L.*
484. In Phrygia enim inventa est haec ars.
parem esse meritis accipientis
493. vel bona vel adversa
500. quae flumine admissa repleta munitiorem redderet civitatem
usque ad Rutulos et Ardeam
569. similis enim est sensus
587. *Intempesta* dicta est nox media: intempesta, inactuosa, carens actibus, per quos tempora dignoscimus: ait enim Lucretius: quia per se tempus non intelligitur, nisi per actus humanos.
629. Ithacensis
636. coecasse fingitur
prior sensus

DAVENTRIENSIS.

- Desunt.*
magnum annum esse dicit
umbrae videntur inferiis dandis (1)
si tamen pro vita est
ut ostendat se invitam ut ipsa paulo post dicit esse superstitem patriae et pertulisse phyrri connubium (2)
brevis sit
in Campania fuisse (3)
- Desunt.*
Desunt.
qui cum horrore vulneris sui ad patriam redire nolisset
- iactaretur
ne sacrificii ordinem rumpere
- Desunt*
a Iove dicitur fulminata et in maria deiecta
Iunoni cane vota libans
Caesar
dejectis silvis
- Deest.*
Desunt.
troiam
Laurolavinatam agrum (4)
- Desunt.*
scilicet accipientis
vel adversa vel prospera
quae aqua repleta munitiorem redderet patriam
- Desunt.*
Desunt.
quia caret tempore quod secundum Lucretium per se nullum est nisi ex actibus intellegatur.
- Ithacesius
fingitur obcesse
superior sensus

(1) » *in sacris* reperi in omnibus, . . . unde vero Masvicius petierit illa *in inferiis dandis*, monitum oportuit” Burm. (2) » Masvicius vero *ut ostendat* . . . *connubium* edidit, quae unde petierit, et *superstitem patriae* ediderit nescio” Burm. (3) *in Campania* in margine annotaverat Ryckius. (4) Recepit hanc Dav. lectionem Burm. et haec annotat: » Masvicius certe a Ryckio videtur *Laurolavinatam* habuisse.”

BURMANNUS.

639. cur timetur?
unum
645. sed accipit a Sole
663. de spatio oculi
669. remigii
680. per ignorantiam [misso telo occidisset] et fletu
nimio et abstinentia cibi ac potionis tabesceret,
misericordia deorum in arborem
688. Anchises optaverat
689. Quia occurebat, unde haec loca nosti
694. per secretos meatus
718. prioribus

DAVENTRIENSIS.

- non est timendum
solum
sed a fratre mutuatur
de desperatione oculi
naugii
per ignorantiam occidisset, flendo nimium misericordiam
meruit numinum. Itaque in arborem
anchises a diis optaverat
quia unde nosti occurebat
Desunt.
superioribus

LIB. IV.

- | | |
|--|---|
| 65. sed vim amantis | sed vim amentis (1) |
| 96. valde | <i>Deest.</i> |
| 106. lectio | locutio |
| 209. haec facis | hoc facit |
| 229. a Latino regebatur | a latino congregabatur |
| 238. sed dictis obtemperat | <i>Desunt.</i> |
| 244. pupillas | pupulas |
| 246. quae sunt hominis dat | quae sunt animalis dat |
| 268. nam latine <i>Olympi</i> facit. | <i>Desunt.</i> |
| 271. tempora | <i>Desunt.</i> |
| 284. sicut in Rhetoricis legimus | <i>Desunt.</i> |
| 303. causa turpitudinis | <i>Desunt.</i> |
| 341. <i>dum gramina canent</i> | dum gramina candent |
| 346. sed sic dixit Lyciae, ac si diceret Apollineae: [ut
Grynaeus Apollo] (2) | sed sic dixit liciae. Ac si diceret apollineae. sed dixit
ut Crineus |
| 365. objecta vituperatio | obiectio |
| 377. laus praemissa est | laus praecessit |
| 381. Satis artificiosa | artificiosa |
| 384. immittam diras | immittam furias |
| 486. plena sit sententia | plenum sit |
| 508. <i>Cum genere extinxem</i> | cum gente extinxem |
| 510. id est centum | <i>Desunt.</i> |
| 516. lac ei denegat
susplicantur | non prebet lac
suspicati sunt |
| 535. NUMIDUMQUE PETAM
Numidas | Nomadumque petam
nomadas |
| 551. <i>aliis non jungi</i> | aliis non coniungi |

(1) » *amentes* dedit Masvicius” Burm. (2) » haec in solo Masvicio vidi, nescio unde petita” Burm.

BURMANNUS.

556. raro enim numina, sicut sunt, possunt videri
 625. id est, *ex ossibus*, ex sanguine
 635. aqua
 638. *mercibus* praeest
 677. conqueritur

DAVENTRIENSIS.

- raro enim numina veniunt sicut possint uideri
 ergo sicut ex ossibus sic ex sanguine
Deest.
 mercibus praeesset
 conquestio

LIB. V.

370. dixit, se esse germanum: quod allatis crepundiis exalatis crepundiis fratrem probavit
 probavit
 396. frequens *Deest.*
 404. stultum est dicere stultum est sentire
 409. taurum necare taurum occidere
 443. minaris minatur
 472. vel quia erant occupati circa amicum, *vocali* dixit. erant praeterea circa amicum occupati
 484. id est catalysin fecit *Desunt.*
 487. Magna ingenti
 527. ut Lucretius dicit secundum lucretium
 533. quotiens legatum non ab haerede datur quotiens legatum sinendi modo datur
 534. sine sorte *Desunt.*
 545. De peractis loquitur rebus de peractis loquitur nunc uirgilius rebus
 560. jam Tatio *Desunt.*
 Sic autem in tres partes divisum fuisse populum Romanum constat; adeo ut etiam, qui praeerant singulis partibus, tribuni dicerentur: unde etiam sumptus, quos dabant populo, tributa nominantur.
 Sic autem in tres partes diuisus erat populus, adeo ut etiam qui uni praeerant parti tribunus diceretur. Unde etiam sumptus dati populo tributa nominantur.
 565. ut sit primus ut sit plane
 610. Catullus Catellus
 haec Cattus haec actus

LIB. VI.

19. Exaedificavit exaedificauit uehementer
 20. Graecus *Deest.*
 72. philippeos filippeos nummos
 73. Sciendum sane, primo duos librorum fuisse custodes, inde decem, deinde quindecim usque ad tempora Sullana, postea crevit numerus. Nam sexaginta fuerunt, sed remansit in his Quindecimvirovum vocabulum. Sciendum sane primo duos librorum fuisse custodes. et licet accessu temporis usque ad LX peruenerit quindecimvirovum in his remansisse nomen syllanis temporibus quo quindecim eos constat fuisse.
 107. ut dicunt *Deest.*
 116. impetrandum perpetrandum
 127. centrum centron
 152. omnes omnes homines
 154. extremam Aegypti partem *Desunt.*

BURMANNUS.

DAVENTRIENSIS.

- | | |
|---|---|
| 230. Nam nata erat laurus in palatio eo die, quo natus est Augustus. | Nam nata erat laurus cum eo in palatio. |
| 234. alii altum dicunt | alii aliter dictum |
| 239. Licet illic sit etiam altera figura. | <i>Desunt.</i> |
| alios | alios aliquos |
| 265. Graece, Latine | <i>Desunt.</i> |
| 267. umbra | umbra obscurior |
| 274. Luctus enim post mortem est. | <i>Desunt.</i> |
| 287. vicinam civitatem | vicinas civitates |
| 289. quo invicem utebantur | <i>Desunt.</i> |
| 309. exhaustus | exustus <i>sec. man.</i> |
| 321. insulam, in qua habitaret | <i>Desunt.</i> |
| qua terra visa, quia erat de eius insula, in mortem soluta est. | qua uisa est in mortem soluta. |
| 420. plerumque | <i>Deest.</i> |
| 477. In his autem | in his enim |
| 529. de quo nusquam legimus. | <i>Desunt.</i> |
| 578. etiam sursum | etiam in sursum |
| 582. confixi | confessi (1) |
| 612. non <i>domini</i> | <i>Desunt.</i> |
| 646. sonis | sonitu |
| 657. congruit | intellegimus |
| 659. id est in Venetia | <i>Desunt.</i> |
| <i>Poculaque</i> | fluminaque |
| 671. commemorare per singula | si singula commemoraret |
| 724. insanis invalida et | in satis invalido etiam |
| 793. <i>Genus</i> autem dicit non solum jure adoptionis: sed consanguinitatis: nam Atiae filius fuit, [quae filia Juliae] quae erat soror Caesaris. Hic autem Augustus Caesar [hoc nomen accepit a patre adoptivo: nam ante Octavianus dictus est, a patre Octavio; post Augustus Caesar] | dicit autem non solum per adoptionem sed et uere. Nam acciae fuit sororis caesaris filius. ante enim octavianus dictus est a patre octavio. post augustus caesar. |
| 816. habuisse dicit | habebat |
| 860. cujus facit mentionem et Livius. | <i>Desunt.</i> |
| 862. virtus | arma |
| id est massas. | <i>Desunt.</i> |
| 897. id est, somnia | id est omnia. |

LIB. VII.

- | | |
|------------------|----------------|
| 1. concrematam | incensam |
| 11. inaccedendos | <i>Desunt.</i> |

(1) Corrigendum est *confossi*.

BURMANNUS.

- constat esse laudatum.
14. Garrulo
aut ictu pectinis
21. Impii autem propter occisa solis armenta
26. id est habentem
id est circumdatam
27. *ferre*, flare
37. initium
47. Est autem Marica dea
56. aut pulcher
Nova
66. *Duobus pedibus se tenent, et duobus alias sustinent.*
71. sciendum
94. id est coriis
115. quae comesse non possumus
135. Diebus festis ita epulabantur
136. vult intelligi
138. Quae noctem sequuntur
152. in legatione mittenda
159. brevem scilicet
204. Philosophiae
discipulis
206. Quia adhuc nec annales erant, nec historiae.
320. injuria
367. per callidam argumentationem
477. hoc semel tantum fecit
563. qui describitur locus
672. per corruptionem
684. saxosis
697. juxta Capenos

DAVENTRIENSIS.

- laudatus est.
Deest.
- tactu pectinis
scilicet occidendo solis armenta
Desunt.
Desunt.
- flantes ferentes
principium
quae est dea
aut certe pulcherrimus
mira
duobus pedibus sedent et duobus aliis se sustinent.
intellegimus
Desunt.
- quae non sunt esui
diebus enim festis ita uelabantur
dicit
quae noctem recte secuntur
Desunt.
- hoc est brevem
Deest.
Deest.
Desunt.
Deest.
- per factionem (1) argumentationem
hoc semel ita ponendo tantum facit
qui describitur a poeta locus
Deest.
Deest.
- iuxta camenas

LIB. VIII.

7. DEUM
40. ut Furia et Juturna
183. causa religionis et inde
216. et hoc est melius
315. DURO ROBORE NATI
402. manifestas
607. redditurus reddit
710. Japygia enim Apulia dicta est

- dium
ut pudicens
Desunt.
Desunt.
- rupto robore nati
Deest.
- redicturus redixit
Desunt.

(1) Fortasse *factiosam* legendum est.

LIB. IX.

BURMANNUS.

75. in taedis
 130. in contrarium vertit
 199. in re dubia sermone
 254. Quod et recti.
 309. quorum nominum
 387. porcae
 448. abscedere
 588. et aeris

DAVENTRIENSIS.

- a taedis
 in contrarium trahit
 in re dubia et sermone
Desunt.
 quorum omnium
 Procae
 addicere
 eteris

LIB. X.

76. Turni avum deum esse
 123. Et bene
 254. facilius
 279. PERFRINGERE DEXTRA
 316. deo Apollini sunt
 388. Dæunum
 461. contra hostem majorem
 639. innuentis
 726. arrigant
 763. immensi corporis
 775. propriam

- avum ei deum esse
Desunt.
 familiare
 perstringere dextra
 ideo sunt apollini
 Turnum
 contra maiorem
 intuentis
 erigant
 ingentis corporis
Deest.

LIB. XI.

4. funeraretur
 6. Pyreneis jugis
 93. hastae, non cuspidem
 186. Thales
 252. *saecula*
 260. asperrimos
 264. Menelai et Helenae filiam
 268. capite
 277. negans etiam nunc paria
 351. convenit
 415. immoratam
 418. SEMEL
semel
 463. detracta ultima syllaba
 474. sollicitudinem ac bella

- funestaretur
 pyreneo
Desunt.
 Thalesius (1)
 tempora
 accerrimos
Desunt.
 capitio (*sec. man.*)
 negans etiam nunc culpa (2)
 congruit
 immoderatam
 Simul
Deest.
 detracta re syllaba
 sollicitudinem ad bella

(1) Legendum est *Thales Milesius*; eodem modo pro *lege cavit* (206) in Dav. vitiose scriptum est *legavit*; IV, 365 *obiectio* pro *obiecta vituperatio*. (2) An *culpam paria*?

BURMANNUS.

527. quo se tuto exercitus
 554. *liber ariet in ulmo*
 593. recesserat
 603. et Tribunus Celerum appellatus est
 657. dicemus
 660. *placidam paci*
 719. *sepax* dicitur
 743. Caesar, Caesar
 857. numerosam pertinet subolem
 870. pro signis gerebant

42. eam morti tradere
 46. et medicina affertur
 115. nunquam diem sic potenter
 139. aegrotorum
 143. non immerito
 389. viri fortis
 507. modo *nudum*
 761. saucium
 897. propiori (proprie) respondet
 952. naturae legibus

(1) Immo vero *prodere*.

DAVENTRIENSIS.

- quo se totus exercitus
 liber heret in ulmo
 discesserat
Desunt.
 dicendum
 placitam paci
 ierax accipiter dicitur
 caecos cesa
 generosam pertinet subolem
 pro signis portabant

LIB. XII.

- eum morti ponere (1)
Desunt.
 nusquam diem sic patenter
 extraneorum
 non imperite
 viri fortissimi
 modo durum
 saucius
 priori respondet
 naturae firmis legibus (*sec. man.*)



DEUTSCH

FRANZÖSISCH

un an tiers animaux
leur fait le bain
baigneur
baignade
baignon
baigner
baigner
baigneur
baigner
baigneur
baigner

un an tiers animaux
leur fait le bain
baigneur
baignade
baignon
baigner
baigneur
baigner
baigneur
baigner
baigneur

L. III

un an tiers animaux
leur fait le bain
baigneur
baignade
baignon
baigner
baigneur
baigner
baigneur
baigner
baigneur

un an tiers animaux
leur fait le bain
baigneur
baignade
baignon
baigner
baigneur
baigner
baigneur
baigner
baigneur

ANNOTATIONES CRITICAE.

ANNOTATIONES CRITICAE

Ut his in Servium lucubrationibus, taedii, fateor, et molestiae plenis, paulo laetioris materiae corollarium accederet, paucos locos subiunxi monachorum barbarie et spurcitia maculatos, ad quos sordibus purgandos otium contuli, si quid a puerorum instituendorum labore temporis dabatur. Primum selecta dabo ad Ciceronem adversaria, quae quum varias Orationes legendo percurrerem, scripto mandavi. Deinde vero annotationes nonnullas ad Apuleium exhibebo et Minutium Felicem id est, ut Petronianis verbis utar, post asellum apponam diaria, quae quum olim a multis expeti acresque amatores invenire solerent, huius aetatis hominibus, subtiliore nimirum palato praeditis, fere omnem saporem amisisse videntur. Si quis igitur quae ad hos scriptores annotavi delicato fastidio intacta relinquere voluerit, aequo equidem animo feram.

CICERO, DE LEGE AGRARIA II, 4, 9 (1): *Quare qui possum non esse popularis, cum videam haec omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quae vobis cara atque ampla sunt, in fidem et quodammodo in patrocinium mei consulatus esse collata?* — Inepta copulatio v. v. *cara et ampla* a Cicerone abiudicanda videtur. Substituendum existimo *cara atque accepta*, quae verba promiscua significatione usurpantur; cf. Tusc. 5, 15: *Quod vero approbaris, id gratum acceptumque habendum.*

IBID. 12, 30: *neque tamen nos id querimur, esse hanc tribunorum plebis potestatem; tantummodo, si quis ea potestate temere est usus, existimamus.* — Hunc locum, ut nunc vulgo editur, vitio laborare, quia nemo non prima statim lectione nullo negotio sibi persuadere posset, variis iam modis viri docti emendare conati sunt. Pantagathus pro *existimamus, exaestuamus*, Halmius *exagitantus* scribendum putavit. Equidem *exitiosum existimamus* Ciceronem scripsisse conicio, quorum prius vocabulum propter sequentis similitudinem librarii cuiusdam negligentia exciderit.

IBID. 32, 87: *Erat enim [Corinthus] posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut terra claustra locorum teneret et duo maria maxime navigationi diversa paene coniungeret, cum pertenui discrimine separarentur.* — Ferri non potest *navigationi diversa*, nam *diversus* dativum non regit, nisi significet idem quod *dissimilis, differens*, quod certe h. l. non valet. Veram lectionem esse suspicor *navigationi idonea*. Ultima verba *cum pertenui discrimine separarentur* otiosum additamentum commentatoris cuiusdam videntur.

IBID. 35, 97: *Singularis homo privatus, nisi magna sapientia praeditus, vix facile sese regionibus officii magnis in fortunis et copiis continet: nedum isti ab Rullo et Rulli similibus conquisiti atque*

(1) Usus sum editione Orelliana altera.

electi coloni non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii. — Dubito, num *vix* cum ullo adverbio ita coniungi possit, ut huius unius vim et notionem temperet atque restringat. Sed inepte profecto *vix facile* coniuncta h. l. legi mihi videntur, quibus verbis ea sit significatio, ut se invicem irrita faciant rescindantque. Expungendum igitur erit illud *facile*, ut rectam obtineas sententiam. Vel sic fieri potest, ut vera lectio sit *non facile*, ad quod quum aliquis olim annotavisset *vix*, hoc ipsum deleto *non* perperam in contextum irrepserit.

IBID. 37, 101: *Ego enim vestris armis armatus insignibusque amplissimis exornatus, [imperio, auctoritate] non horreo in hunc locum progredi cett.* — Verba, quae uncis inclusi, ocus exterminanda censeo, quippe quae a glossatoris manu profecta sint, praecedentia verba illustrare cupientis.

PRO PLANCIO 9, 22: *Laudanda est vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata malevolentia, non assueta mendaciis, non fucosa, non fallax, non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano.* — Vel maxime displicet *assueta mendaciis*, nimis iners certe et otiosa dictio, si eorum rationem habes, quae in vicinia leguntur *infuscata, fucosa, fallax, erudita*, quae singula habent depravandi et offoedandi notionem. Eiusdem significationis verbum pro *assueta* requirendum videtur. Forsitan vera sit lectio *non afflicta mendaciis*.

IBID. 10, 26: *An Minturnenses coloni, quod C. Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt quod navigium dederunt, quod eum linquentem terram eam quam servarat, votis omnibus lacrimisque prosecuti sunt, aeterna in laude versantur?* — Corrigendum est *bonis ominibus lacrimisque*; cf. in **PISONEM** 13, 31: *si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando, at ominibus saltem bonis ut consules . . . prosequabantur*; pro **Sestio** 33, 71: *Exierunt malis ominibus atque exsecrationibus duo vulturii paludati.*

IBID. 40, 95: *Nunc venio ad illud extremum, in quo dixisti, dum Plancii in me meritum verbis extollerem, me arcem facere e cloaca lapidemque e sepulchro venerari pro deo; neque enim mihi insidiarum periculum ullum neque mortis fuisse.* — *Arcem facere e cloaca* eos dici manifestum est, qui rem vulgarem parvique negotii verbis exornant et amplificant; fere idem notare debet sequens locutio *lapidem e sepulchro venerari pro deo*. At non satis video, quam necessitudinem et cognationem *lapis e sepulchro* cum dei alicuius veneratione habere possit. Rectius opinor scribetur *lapidemque e delubro*.

IN PISONEM 5, 10: *Centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium notionemque censoriam, quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo convellere, quam potestatem minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoque anno iudicaretur, nemo tam effuse petulans conatus est. Haec sunt, o carnifex! in gremio sepulta consulatus tui.* — Hunc locum, quem vitio laborare nemo non, opinor, prima statim lectione sibi persuadebit, **Bakius** (Schol. Hypomn. IV, p. 300) verbis nonnullis transponendis emendare conatus est. Commendavit enim ut legeremus: *Centum prope — tenueramus, quas leges — convellere, quadringentos — censoriam, quam potestatem — conatus est.* Praeterea, quia non recte inter se opponerentur *ausus est* et *potuit*, corrigendum esse duxit aut *aggressus est*, aut *conatus est*. Hoc

probo, quod pro *ausus* aliud verbum substituit, sed de audaci transpositione ei adstipulari non possum. Nescio an simpliciore ratione sententia in integrum possit restitui. Primum *quidem* non cum *potuit* sed cum praecedenti *ausus est*, vel potius *agressus est* coniungendum erit; deinde verba inepta et frigida *quo minus — iudicaretur* glossatori reddita velim; tum vero pro *tam effuse petulans* non cum Bakio *tamen e. p.*, sed potius cum Lambino, haud contemnendo certe auctore, *quantumvis effuse p.* corrigendum censeo. Verba autem ita emendata cum sequentibus hoc modo coniungenda erunt: *Centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus, quadringentos iudicium notionemque censoriam; quas leges aggressus quidem est non nemo improbus, potuit nemo convellere, quam potestatem minuere nemo quantumvis effuse petulans conatus est, haec sunt, o carnifex! in gremio sepulta consulatus tui.*

IBID. 10, 22: *Hic autem non tam concinnus helluo nec tam musicus iacebat in suorum Graecorum foetore atque vino. — Emendaverim foetore atque viro. Virus* idem notat quod *foetor*, h. e. malum odorem, apud Lucret. 2, 852; Martial. 1, 88 et saepius apud Plinium.

IBID. 36, 89: *Quid? . . . quod inde te recipiens in villa Euchadiae, quae fuit uxor Execesti, iacuisti maerens aliquot dies, atque inde obsoletus Thessalonicam omnibus inscientibus noctuque venisti? — Displicet obsoletus*, quod si ad sententiam respicias, nihil aliud notare potest, nisi *abiectus* sive *demissus*. At vehementer dubito, num *obsoletus* hanc vim vel semel alibi, apud Ciceronem saltem, habeat. Corrigan velim *obvolutus*, quod sententia opinor postulat, quodque aptissime concinit cum his, quae deinceps leguntur: *quod cum concursum plorantium ac tempestatem querellarum ferre non posses, in oppidum devium Beroeam profugisti?*

PRO Q. ROSCIO COMOEDO 7, 19: *Fraudavit Roscius. Est hoc quidem primum auribus animisque omnium absurdum. Quid? si tandem aliquem divitem timidum, dementem, inertem nactus esset, qui experiri non posset, tamen incredibile esset. — Tandem* h. l. reprobandum videtur; non enim hoc significare potest, Roscium post longam moram, ad extremum aliquem, quem fraudaret, nactum esse. Neque interrogationis vim augere potest. Si enim ita esset, et necessario scriptum esse oportebat *Quid tandem? si*, et certe extremae sententiae forma et structura longe ab ea, quam nunc legimus, differret. Non magis ferri potest *divitem*; nam hoc agit orator ut auditoribus persuadeat, incredibile esse, Roscium fraudasse aliquem timidum, imbecillumque et inertem, nedum fieri potuerit, ut falleret C. Fannium, quem in sequentibus audacem, fallacem et malitiosum fuisse docet. Forsitan *divitem* ferri posset, si deinceps ostenderet, Fannium contra egentem fuisse atque inopem, etiamsi non satis perspicuum est, quomodo diviti homini facilius imponi possit, quam opibus destituto. Coniicio *divitem* variam lectionem esse sequentis *dementem*, quod nescio quomodo in contextum irrepserit; legitur enim in aliquot libris *aliquem timidum dementem divitem inertem*; in Codice Mediceo, *aliquem divitem tim. dem. divitem inertem*. Quae quum ita sint, legendum censeo: *Quid? si tardum aliquem, si timidum, dementem, inertem nactus esset, qui experiri non posset, tamen incredibile esset. Pro tandem tardum* scripsi i. e. *hebetem* et *pinguem*. Ante *timidum* inserui *si*, quod ob sequens *ti-* facile evanescere potuit.

DE IMP. CN. POMP. 3, 7: *delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore concepta: quod is, qui uno die, tota in Asia, tot in civitatibus, cives Romanos necandos trucidandosque denotavit, non modo adhuc poenam nullam suo dignam scelere suscepit, sed cett. — Nisi omnia fallunt soloece editur poenam . . . suscepit; deleto suo corrigo poenam nullam dignam scelere suo dedit.*

IBID. 10, 28: *Quod denique genus esse belli potest, in quo illum non exercuerit fortuna rei publicae? Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis nationibus. — Extrema verba vitio laborare fere nullo negotio mihi persuasi. Excidisse quaedam videntur. De medicina vero afferenda haereo. Fieri potest, ut olim scriptum sit mixtum ex civibus exercitatissimis atque ex bellicosissimis nationibus.*

IBID. 13, 37: *Itaque propter hanc avaritiam imperatorum quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? — Quoniam hic non de iis agitur calamitatibus, quas Romanorum exercitus accipere, sed de iis, quas affligre solerent, ambiguitatem, quae est in ferant, tollendam censeo. Emendare propono serant.*

PRO MARCELLO 10, 31: *Perfuncta res publica est hoc misero fatalique bello: vicit is, qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. — Nescio an recte fortuna inflammare odium alicuius dici possit, sed certe soloece aliquis dicitur ipse fortuna odium suum inflammare. Non dubito, quin inflammaret vox spuria sit. Corrigo: qui non fortuna inflatus irritaret odium suum. Cf. quae annotavi ad pag. 18.*

IBID. 10, 32: *Quare omnes te, qui haec salva esse volumus, et hortamur et obsecramus, ut vitae tuae et saluti consulas. — Toti huic orationi, in qua victoris Caesaris gratia suppliciter imploratur, magis congruit, opinor, lectio et oramus et obsecramus.*

PRO C. RABIRIO POSTUMO 1, 2: *Satis est homines imprudentia lapsos non erigere, urgere vero iacentes aut praecipitantes impellere certe est inhumanum, praesertim, iudices, cum sit hoc generi hominum prope natura datum, uti, qua in familia laus aliqua floruerit, hanc fere qui sunt eius stirpis, quam sermo hominum ac memoria patrum virtutem celebret, cupidissime persequantur. — Extremam hanc sententiam misere depravatam emendare conatus sum verbis in hunc modum transponendis et corrigendis: ut, si qua in familia laus aliqua forte floruerit virtutum, quam sermo hominum ac memoria patrum celebret, hanc fere qui sunt eiusdem stirpis cupidissime persequantur. Confer cum his ea quae leguntur 2, 4: quamvis patrem suum numquam viderat, tamen et natura ipsa duce, quae plurimum valet, et assiduis domesticorum sermonibus in paternae vitae similitudinem deductus est.*

IBID. 9, 25: *Itaque obiicias licet quam voles saepe, palliatum fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia. — Praetulerim: aliena habuisse, n. R. h. insignia.*

IBID. 16, 44: *Quam quidem vos, iudices bonitatem non modo non aspernari ac refutare, sed complecti etiam et augere debetis. — Pro refutare substituere non dubito, id quod loci sententiae accommodatius est, repudiare.*

PRO SEX. ROSCIO AMERINO 6, 17: *Nam duo isti sunt Titi Roscii . . . homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum [vetus ac nobilis] gladiator habetur. cett. Verba quae uncis inclusi, quibusque aequo animo carere possumus, glossatori imputanda videntur, qui praecedentia verba explicare necesse habuit.*

IBID. 13, 37: *Scelestum, dii immortales, ac nefarium facinus atque eiusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. — Levi mutatione scribendum existimo quo uno maleficia sceleraque omnia. Maleficia habet Codex optimus Helmstadtensis. Cf. Verr. IV, 27 init: Venio nunc . . . ad . . . eiusmodi facinus, in quo omnia nefaria contineri mihi atque inesse videantur.*

IBID. 18, 52: *Numquid est aliud? Immo vero, inquit, est; nam istum exheredare in animo habebat. Audio; nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat. — Haec ultima quod ad rem pertineat ludi magistro nescio cui deberi suspicor, qui dicere aliquid ut Graecorum λέγειν τι, de iis usurpari ignoraret, qui non absurda penitus in medium proferant. Cf. Tusc. 1, 10: Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit aliquid.*

IBID. 27, 74: *Si Ameria, qui sunt hi? cur non nominantur? Si Roma, unde eos noverat Roscius . . .? ubi eos convenit? quicum locutus est? — Extrema verba levi emendatione egent. Etenim postquam Cicero in praecedentibus interrogavit, per quos homines Roscius patrem occidisset, hic non quaerit, opinor, quibuscum locutus sit, sed ubi occasionem adeptus sit, eos homines, quos eum induxisse accusator crimineretur, conveniendi. Corrige igitur qui collocutus est?*

APULEI METAMORPHOSEON I, 1, 11 (1): *en ecce praefamur veniam, si quid exotici ac forensis sermonis rudis locutor offendero. — Fuit, qui precamur corrigere vellet. Iniuria, nam praefari veniam apud Apuleium semel atque iterum invenitur, cf. Met. XI, 23, 23 et Florid init., ubi significat: veniam petere antequam loqui incipias. Me en ecce h. l. offendit; quam locutionem etsi ab Apulei scribendi genere non abhorreere probe scio (cf. VIII, 26; X, 9), tamen hoc loco enixe, olim scriptum esse crediderim, ut II, 6: Fotis famula petatur enixe.*

I, 16: *repente putris alioquin et vetus funis dirumpitur. — Malim vietus, quod eadem qua putris significatione interdum usurpatum invenies; cf. Lucret. III, 385.*

I, 20: *'tu autem' inquit 'vir ut habitus et habitudo demonstrat ornatus, accedis huic fabulae? — Immo vero accredis; accedere enim est assentiri, accredere vero pro credere et apud alios scriptores legitur et apud Plautum (cf. Asin. 3, 3, 37); quo magis commoveor accredis h. l. corrigere. Notum enim est Apuleium, priscarum locutionum et verborum amantissimum, ante omnia Plautinum dicendi genus imitandum sibi sumpsisse.*

I, 21: *inibi iste Milo deversatur ampliter nummatus et longe opulentus, verum extremae avari-*

(4) Usus sum *Metamorphoseon* recensione, quam edidit Eyssenhardt, Berolini 1869.

tiae et sordis infimae infamis homo. — *Infamis* h. l. ex praecedentis *infimae* dittographia ortum esse conicio.

II, 9: *quid cum [crinis] frequenti sobole spissus cumulat verticem vel proluxa serie porrectus dorsa permanat?* — Prioribus illis verbis tutulus significatur, vel capillorum in vertice capitis congeries, quam Lucanus (2, 358) *turritam frontis coronam* dicit. Pro *spissus* malim *crispus* legere. Desideratur enim verbum sequenti *porrectus* e regione oppositum. Porrecti autem capilli ut iidem spissi sint, optime fieri potest.

II, 12: *qui dies copulas nuptiales adfirmet, qui fundamenta moenium perpetuet, qui negotiatori commodus, qui viatori celebris, qui navigiis opportunus.* — Scripsit Apuleius sine dubio *qui viatori salubris*.

II, 19: *ampli calices variae quidem gratiae sed pretiositatis unius. hic vitrum fabre sigillatum, ibi crystallum inpunctum, argentum alibi clarum et aurum fulgurans et succinum mire cavatum et lapides ut bibas.* — Extrema haec *lapides ut bibas* frigide satis et inepte praecedentibus adhaerere mihi videntur; sensum praeterea praebent et obscurum et impeditum. Corrigendum esse suspicor et *iaspis perlucida*, coniectura sane audaciori, sed quae verba suppediat loci sententiae accommodata. De iaspide cf. Plin. N. H. 37, 8 et 9.

IV, 12: *quo sermone callido deceptus astu et vera quae dicta sunt credens Alcimus cett.* — Verba *sermone callido* non Apulei esse existimo, sed ludimagistri nescio cuius, cui v. *astu* explicatione indigere visum sit.

V, 20: *postquam sulcatus intrahens gressus cubile solitum conscenderit iamque porrectus et exordio somni prementis implicitus altum soporem flare coeperit.* — Corrigendum censeo *suspirium flare*, praesertim quum cum hoc loco ea confero, quae leguntur IX, 25: *producit hominem crebros anhelitus aegre restantem, ubi stantem* vera lectio esse videtur.

VII, 8: *sumpta veste muliebri florida et in sequiorem sexum incertus atque absconditus.* — Pro *incertus*, quod nullo modo hic ferri potest, *inversus* i. e. immutatus, substituendum puto.

VIII, 8: *Charite scaenam pessimi Thrasylli perspiciens ad limam consilii desiderium petitoris distulit.* — Significare scriptor voluit, Chariten petitoris desiderium iterum iterumque animo perpendisse. Quod num per *limam* exprimere recte potuerit vehementer dubito, quum *lima* translate non dictum sit, nisi de censura, emendatione atque expolitione scripti alicuius. Quamobrem *libram* olim scriptum fuisse suspicor coll. Claudian. Laud. Stilich. 1, 75: *animi cunctantis libra*; Claud. Mamert. Stat. anim. 3, 13: *adhibito iudicii libramine*.

IX, 14: *saeva scaeva, virosa ebriosa, pervicax pertinax, in rapinis turpibus avara, in sumptibus foedis profusa, inimica fidei, hostis pudicitiae.* — Librariorum socordia lusum verborum h. l. intercuisse manifestum est. Scripsit Apuleius *virosa vinosa*, ad quae verba, quum nescio quis annotasset *ebriosa*, hoc ipsum verbum temporis cursu in contextum perperam irrepsit.

IX, 20: *commodum novis amplexibus Amori rudi litabant, commodum prima stipendia Veneri*

militabant. — Magis placet *meritabant*. *Stipendia meritare* Catonem usurpavisse Festus s. v. *Meritavere* testatur, quem h. l. Apuleium, priscarum locutionum sectatorem, imitatum esse admodum verisimile mihi videtur.

IX, 24: *interdum acerrimo gravique odore sulfuris iuvenis inescatus atque obnubilatus intercluso spiritu diffuebat*. — *Inescatus* h. l. nullo modo ferri potest. Haud temere affirmare posse mihi videor, *enecatus* substituendum esse. *Enecare* enim suffocandi vim fere semper et ubique habet. Hoc ipsum autem scriptor opinor significare voluit. Cf. c. 27: *sulfuris te letali fumo necabo*.

IX, 29: *magnaue cura requisitam veteratricem quandam feminam, quae devotionibus ac maleficiis quidvis efficere posse credebatur*. — Inepte editur *maleficiis*. Suspikor in vetustis libris scriptum fuisse, id quod verborum sententia re vera flagitat, *veneficiis*; quod vocabulum in *beneficiis* depravatum esse nemini mirum videbitur, qui quam saepe *b* et *v* in MSS. permutata sint, compertum habuerit. (1) Quid mirum autem, pro *beneficiis* librarium, ut sibi certe videbatur, callidissimum *maleficiis*, substituuisse?

IX, 30: *discerptae comae semicanae sordentes inspersu cineris pleramque eius anteventulae contegebant faciem*. — Corrige *sodes antependulae*. Cf. V. 22: *crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos*; IX, 31: *crines pendulos*.

XI, 3: *Corona . . . multicolor bysso tenui pertexta nunc albo candore lucida nunc croceo flore lutea nunc roseo rubore flammida*. — Quamquam nimiae audaciae iure quodam argui me posse certo scio, si hoc egero, ut scriptori verbum obtrudam, quo neminem veterum unquam usum esse satis constat, tamen coniecturam non proferre nolo, quam h. l. facere sustinui. Quum *flore* enim inepte et frigide scriptum esse mihi videretur, novum vocabulum *flavor* finxi, cui cum *flavere* prorsus eadem necessitudo intercedit, quae verbis *candor* et *rubor* est cum *candere* et *rubere*. Apuleium igitur scripsisse suspikor *croceo flavore lutea*.

MINUCH FELICIS OCTAVIUS (2) 3, 3: *Mare . . . etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram, tamen crispis torosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus*. — Emendandum est *tortuosisque*. Eodem mendo olim laborabat locus apud Senecam in Quaest. Nat. I, 7: *Virgula vitrea, striata, vel pluribus angulis in modum clavae torosa, ubi nunc recte tortuosa legitur*.

3, 4: *hac fabulae erant Octavi disserentis de navigatione narratio*. — Corrigen- dum videtur *de navigatione patrata*, i. e. confecta, peracta.

3, 5: *ad id loci ventum est, ubi subductae naviculae substratis roboribus a terrena labe suspensae quiescebant*. — Potius *tabe* scripserim. „*Tabes* autem et *labes* saepissime in libris commu-

(1) Cf. Corssen, Aussprache, Betonung u. Vokalismus der Lat. Spr. I, pp. 131, 134. (2) Cf. Marci Minucii Felicis Octavius ed. J. Kayser, Paderbornae 1863.

tantur: Sed *labes* habet locum, ubi ruina et perniciis significatur: *tabes*, ubi corruptio et contagio." (1)

5, 4: *Itaque indignandum omnibus, indolendum est, audere quosdam, et hoc studiorum rudes, litterarum profanos, expertes artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac maiestate decernere.* — Corrigendum est *de maiestate dei decernere*. Maiestas enim saepe dicitur divina vis et praesentia numinis supremi, qua se ostendit et declarat adesse rebus humanis. Voc. *dei* autem propter similitudinem sequentis *de-* facillime excidere potuisse, manifestum est. Praeterea non *et hoc studiorum rudes*, sed *et hos* legendum erit.

Glossatorem olere mihi videntur ea quae leguntur 6, 4: *quippe antiquitas ceremoniis atque sanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis.* Neque aliter iudico de iis, quae legimus 22, 12: *Terrae enim vel caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus, ut in hodiernum inopinato visos caelo missos, ignobiles et ignotas terrae filios nominamus.* Docta haec annotatio, quia disputationis cursum impedit et obstruit, non Minucio, sed Grammatico cuidam tribuenda videtur.

8, 4: *qui de ultima faece collectis imperitioribus et mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibus plebem profanae coniurationis instituunt.* — Corrige *globum profanae coniurationis*. Cf. Nep. Att. 8: *Sic ille consensionis globus unius dissensione disiectus est*, Vell. 2, 58: *Hi una cum coniurationis globo, stipati gladiatorum manu, Capitolium occupavere.*

9, 1: *Ac iam . . . per universum orbem sacraria ista teterrima impiae coitionis adolescent; eruenda prorsus haec et execranda consensio.* — Immo vero *eruenda . . . et execranda*; cf. Cic. Sest. 65: *Execrare pestem aliquam, tamquam strumam civitatis.* Nisi forte pro *eruenda* substituere malis *exurenda*.

11, 9: *Omnia ista figmenta male sanae opinionis et inepta solacia a poetis fallacibus in dulcedine carminis lusa a vobis nimirum credulis in deum vestrum turpiter reformata sunt.* — Pro *inepta solacia* substituendum est *inepta somnia*. Somnium saepe significat rem vanam, spem inanem, nugae; cf. Lucret. 1, 104: *multa tibi iam fingere possum Somnia, quae vitae rationes vertere possint.*

16, 2: *Sed in Natali meo versutiam nolo, non credo; procul est ab eius subtilitate simplici tam subtilis urbanitas.* — Corrige *rusticitate simplici*; nam rusticitas saepe dicitur simplex ruditas tam in sermone, quam in moribus.

Initio eiusdem capituli haec leguntur: *Dicam equidem, ut potero, pro viribus, et adnitendum tibi mecum est, ut conviciorum amarissimam labem verborum veracium in lumine diluamus.* — Repperunt nonnulli editores Fulvii Ursini emendationem, qui pro *in lumine* scripsit *flumine*. Potius crediderim *inlucie* corrigendum esse. *Inlucies* enim apud sequioris aetatis scriptores nonnum-

(1) Cf. Forcellini Lexicon s. v. *tabes*.

quam inundationem aquarum significat sordes convehentium; cf. Iustinus 2, 1 et 6. Deinde vero verba *ut potero* in marginem releganda censeo.

17, 9: *Aspice Oceanum; refluit reciprocis aestibus.* — Antiquitus scriptum fuisse suspicor *fluit refluit r. a.*

20, 4: *Quid illas aniles fabulas, de hominibus aves et feras omnes, et de hominibus arbores atque flores?* — In Codice Regio non omnes legitur, sed homines; rectius opinor et emendatius *immanes* ederetur.

21, 2: *Prodicus adsumptos in deos loquitur qui errando inventis novis frugibus utilitati hominum profuere.* — Recte delevit *frugibus* Lübkerus in editione Lipsiensi a. 1836, quia deinceps legerentur: *in eandem sententiam et Persaeus philosophatur et adnectit inventas fruges.* Non magis *errando* h. l. ferendum videtur. Scriptum olim fuisse conicio *qui quandoque inventis novis*, quae verba rectam omnino et simplicem praebent sententiam.

22, 1: *Has fabulos et errores et ab impiritis parentibus discimus, et quod est gravius ipsis studiis et disciplinis elaboramus.* — Corrige *sodes ipsi studiis.*

22, 5: *Alibi Hercules stercora egerit, et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedenti vero muros Neptunus insituit.* — Suspicio mihi incidit veram lectionem esse *Augiae Hercules stercora egerit.* Quam saepe nomina propria a librariis obscurantur, multis exemplis ostendit Madvigius in *Adversariis Criticis*, nuperrime editis; p. 125 sqq.

22, 9: *Scit hoc Nepos et Cassius in historia.* — Immo *scribit.*

25, 11: *Ubi autem magis a sacerdotibus quam inter aras et delubra conducuntur supra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur?* — Verba a sacerdotibus glossatori deberi existimo.

31, 8: *sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes.* — In his *Dei* tamquam otiosum emblema expungendum est; homines autem nescio an ex *progenies* corruptum sit. Recta sane erit sententia, quum legeris *unius parentis progenies.*


32, 4: *Immo ex hoc Deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus; in operibus enim eius et in mundi omnibus motibus virtutem eius semper praesentem aspicimus, cum tonat fulgurat, fulminat, cum serenat.* — Vera lectio est, nisi fallor: *cum tonat, fulgurat, cum nubilat, serenat.*

32, 6: *Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam, qua vivificaris et loqueris nec aspicere possis nec tenere?* — Vide an non praestet lectio *vivificaris et moveris.*

38, 3: *Nec mortuos coronamus. Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi facem aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat, et miser non gaudeat floribus.* — Offendit h. l. *facem.* Scio equidem apud Servium (ad Aen. XI, 143) scriptum esse: „*Funera autem a funalibus candelis, sebo vel cera circumdatis, dicta, quod his praelucentibus noctu efferrentur mortui,*” sed, etiamsi eo quo Minutius vixit tempore scripsitque hic mos viguerit, id quod addubitare audeo, tamen ad hunc h. l. alluisse scriptorem non crediderim. Nam si ita

fecisset, certe non verbo *tribuere* usus esset et in sequentibus scribere non neglexisset, *cum et beatus luce non egeat*. — Hoc ipsum verbum *egere* autem, quod imprimis de pecuniae inopia laborantibus usurpatur, pro *facem assem* legendum esse ostendit. Praeterquam enim quod aetate imperatoria mortuos interdum coronatos esse constat, tunc etiam in usum receptum est, ut Graecorum more nummus ore conderetur. Cf. Propert. 4, 11, 7; Iuv. 3, 267. Dixit forte aliquis: at non ideo nummulus mortuis tribuebatur, ne apud Inferos pecunia indigerent, sed ut haberent, unde Charoni portorium solverent. Audio. Sed ne corona quidem iis tribuebatur, ut in Orco floribus gauderent, sed ut significaretur, corpus mortuum sanctam rem esse et inviolabilem.





45725

~~473,4243~~

